Observationes in Versionem hanc Serbicam Evangeliorum.

1º Pro universali regula observavi solam ~~latinam~~ lectionem vulgatam, utpote ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ solam universaliter authenticam, cui proinde ad litteram me accomodare pro posse laboravi: non enim commentatoris, sed solum simplicis versoris partes assumpseram, et hinc est, quod Germanicas editiones, quamvis subinde clarius, elegantiusve forent, non idcirco secutus sim. Nec temere in versione hac quidquam statui, sed consului ~~[illegible]~~ Commentatores probatissimos, scilicet ~~[illegible]~~ Auream catenam divi Thomae Aquinatis ex aliis SS. Patribus ~~[illegible]~~ in tota Evangelia concinnatam, item Estium Epistolas omnes de verbo ad verbum nitidissime explicantem, nec non Emanuelis Sa Annotationes in S. Scripturam. Item Cyprianum et Tirinum.

2º Studui tam Witgenawiensi quam Crostiensi idiomati me accomodare secundum majorem congruentiam, neutri scilicet partis integre et rationabiliorem